

**5209** dis mán. | M. Ulpio Hylae | archimimo diurno<sup>1</sup>, | qui vix. an. XXVI, | Livia Venusta | fec. coniugi b. m. | et sibi posterisq. | suis.

*Romae ad viam Salariam rep. (Notizie degli scavi 1888 p. 62). — 1) Cf. N. 5212 not. 2.*

**5209<sup>a</sup>** M. Iunius M. l. | Maior | archimimus, | Apollinis parasit., | posit. | Postumia d. l. Cydilla.

*Praeneste, iam Romae (XIV 2988 vidit Henzen).*

**5210** d. m. | Aelio Bulimioni diurno<sup>1</sup> adlecto, Aeli|a Ianuaria fil. et | Ulpia Herois con|iunx b. m. f., et sibi | et suis, lib. liber|tab. q. posterisq. | eorum.

*Romae (VI 40126 vidit Henzen). — 1) Cf. N. 5196? 5206? 5209.*

**5210<sup>a</sup>** Hellas | pantomim. | hic quiescit, | ann. XIII. | Sotericus fil. | pii[ss. fecit et] | s[ub ascia dedic.].

*Sainte-Colombe prope Viennam (XII 1916 servavit Iacobus Spon).*

**5211** dormi. | Claudiae | Hermionae | archimimae su|i temporis pri|mae, here|des.

*Romae (VI 40106 vidit Henzen).*

**5212** dis manibus | M. Fabi M. f. Esq.<sup>1</sup> Regilli et Fabiae . . . , | Fabia M. et O. lib. Arete archim[ima] | temporis sui prima diurna<sup>2</sup>, fec[it] | sibi et suis, quibus legavit testa[mento] | M. Fabio Chrysanto, | (deinde alia nomina Fabiorum minimum tredecim) | posterisq[ue eorum, monumentum] | ne abalien[etur maneatque] | in familia . . . , | Sex. Pompeio [Sex.] | l. Neriano . . . | A. Cosio Iucu[ndo] . . | et in eod. mon[umento] . . . | . . . camo . . .

*Romae (VI 40107 viderunt Smetius aliiq[ue]). — 1) Cf. N. 5199. — 2) Archimimam diurnam videri quae non in certum tempus conducta sit, sed in perpetuum diurnam mercedem accipiens, ait Mommsen ad titulum Philippensem III S. 7545 (supra N. 5208).*

**5213** Eucharis Liciniae l., | docta erodita omnes artes virgo, vixit an. XIII. |

Heus oculo errante quei aspicias léti domus, |  
morare gressum et titulum nostrum perlege, |  
amor parenteis quem dedit natae suae, |  
ubei se reliquiae conlocarent corporis. |

Heic viridis aetas cum floreret artibus |  
crescente et aevo gloriam conscenderet, |  
properavit hóra tristis fatalis mea |  
et denegavit ultra veitae spiritum. |

Docta erodita paene Musarum manu, |  
quae modo nobilium ludos decoravi choro |  
et Graeca in scaena prima populo apparui. |